



Je. 72<sup>o</sup>



Ha 7442

PROGRAMMA,

QVO

RECTOR ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

IOHANNES PETRVS Schmidt,

VTR. IVR. DOCT. ET COD. PROF. PVBL. ORD.

DE

Soedreuech,

EX

BEDA DE TEMPOR. RAT. CAP. XIII.  
BRÉVIBVS DISSERENS,

AD

DEVOTAM NATALIVM SALVATORIS NOSTRI  
CELEBRATIONEM,

PRO OFFICII RATIONE

OMNES REIPL. LITERARIÆ CIVES  
AMANTER INVITAT AC HORTATVR.

*BEDA in Prognost. tempor.*


Si Calendæ Januarii incidant in diem Solis, hyems  
tranquilla erit, ver procellosum, æstas sicca, vindemia  
larga, boves crescent, mel abundabit, vetulæ morientur,  
abundantia & pax erit.

R O S T O C H I I,

IOHANNIS IACOBI ADLERI, SEREN. PRINCIP. & ACADEM.  
TYPOGRAPHY.



*WORMIUS in fast. Dan. Libr. II, Cap. IX.*  
Cum lunâ crescente redit Natalis  
Jesu,  
Tunc annus sequitur fertilis atque  
bonus.



*Ovid. trist. libr. V.*

*Annus asseretum Domini natalis honorem  
Exigit, ne manus ad pia sacra mea.*



*Sic* iterum, *Cives O. O. honoratissimi*, sacratissima illa nox revolvitur, qua, condito ab orbe, illustrior nulla illuxit dies. Namque caelesti circumfusa splendore, spectatrix fuit augustissimi partus, quem illibato castitatis flore Virgo mater edidit: quo DEUS natus est homo. Revolvitur, *Amici optimi*, laetissima illa nox, quae panchresto venerabilis, vulnera sanat omnia. O noctem miraculo tremendam, humana omni eloquentia majorem! O noctem salutiferam, aeternae salutis reparatricem! De Saxonibus in annalibus Historicorum Germania commemoratum legimus, quod *Solstitii hiemalis* diem, ex *matre* atque *nocte* composito vocabulo, *Midreneh* appellaverint, id quod idiomate moderno per *Murres-Nach* effertur esse, nemo facile ambiget. Atque, quod faustissimum est omen,

omen, Mödrinoctium hocce circa ipsum *natalitiorum Domini* festum incurrit: circa illam ipsam *noctem*, qua natus est, qui tenebras noctis dispellens, ab aeterna nocte nos vindicavit mellitissimus Infans. Agite dum, O mei! pias instituumus meditationes super hac *matre-nocte*. Super hac nocte, quæ fecundissima beatitudinis omnis mater est parensque. Primus, qui hujus Mödrenech mentionem iniecit; quantum ego quidem recordor, est *Beda*, a quo recentiores sua de hac re mutuati sunt omnia. Et quæ *Venerabilis* (a) hicce Autor in libro de temp.

rar.

(a) Non confundendus hic Presbyter *Anglus* cum *Beda* altero, Gallo. Vixit hic sec. VIIIvo, anno 734. diem suum obiens, alter sec. XVIro. *Venerabilis* cognomine hic decoratus est, ob magnam vitæ sanctimoniam, qua fuit insignis. Quare etiam, quæ *Durandus* alijque referunt, quod hanc titulum a saxis lapidibusve sibi conciliaverit, qui concionem ad populum habenti multo adplausu acciamassent: *Amen Venerabilis Pater, Amen*. Item, quod inscriptionem monumenti ipsius sepulchralis à pio quodam Monacho ceptam, & eo usque perductam:

*Hæc sunt in fossa*

subsequenti nocte exælo missus Angelus huncce in modum con-summaverit:

*Beda venerabilis ossa*

ab omni quacunque probabilitate longissime abhorrent, imo infullissimis illis annumerandi sunt fabulis, quas censoria simul utens animadversio, *Dn. LANGLET du FRESNOY* recensuit, sequentia referens: *Das* Monf. Ollier Prediger zu St. Sulpicii stets zwey Seraphinen vom ersten Rang umb sich gehabt habe. Ingleichen vor der heiligen Rosa, wenn sie des Morgens in ihre Celler geängien, nicht nur alle Riese an Bäumen, sondern auch gar die Stämme und Bäume selbst, sich geneiget, und ihre Ehrerbietigkeit bewiesen hätten. Nicht minder im X. XI. XII. und folgenden Seculis der Kirchen, nicht viele Mönchen gewesen wären, vor denen sich nicht der Glocken-Thurm der Kirche, zu der sie gehört, vielmahl

bis.

ent. Cap. 13. quod in inscriptione de mensibus Anglorum conspicuum est, literis consignata reliquit, sequentis sunt tenoris: *Antiqui enim Anglorum populi incipiebant annum ab octavo Calendarum Januariarum die, ubi nunc natale Domini celebramus. Et ipsam noctem nunc nobis sacro sanctam. tunc gentili vocabulo MOEDRENECH, i. e. MATRUM NOCTEM appellabant: ob causam, ut suspicamur caeremoniarum, quas in ea pervigiles agebant. Ad tria potissimum momenta ea redeunt, quæ ex hoc Bedæ excerpto edocemur. Primum eorum est, quod Angli, a solstitio hiberno, quo sol cursum suum ad nos rursus dirigit, annum inchoaverint. Alterum, quod hoc legitimum anni initium, *Mædrenech* vocaverint, & ultimum denique, quod hæc appellatio à ritibus matronarum sacris causam trahat atque originem. At enim vero, dum, quæ considerationem momenti *Imi* concernunt, omnibus numeris *Wormius*, *Scaliger*, *Halsaus*, ceteri, jam absolverunt, sicut in eo conspirantes, quod una cum *Anglis* & *Dani* & *Celta* veteres tantum non omnes eadem usi sint epochâ, imo etiam, id quod præcipuum hujus rei est, introductâ inter gentes religione Christiana, non minus pleræque Ecclesia eandem retinuerint, partim ex imitatione, præsertim autem pio instituto, quo dies in illud ipsum tempus incidens, dies nimirum, qui Christum Solem primus ortum vidit, primus quoque sit anni (b) incuntis: plura hoc loco de iis scribere, nihil attinet.*

A 3

Insti.

bis auf die Erde gebücket habe. In der Unweiss. 307  
Erläut. der Ziff. pag. 246. edit. Germ. Mencken.

(b) Inde igitur est, quod etiam annalium conditores plerique omnes, tum antiqui, tum recentiores, a *Nativitate Domini*, annum sine auspici, & eodem computandi modus & in *curiis* *capitulum* & *Cancellariis Principum* diu valuerit. Postea vero *varia* cepit Epochæ ratio; nationibus atque populis his a *Festo Annuntiationis Mariæ*, illis a *Paschato festo*, illis a *die XIX. Martii*, aliis iterum a *Tiburtii die*, & sic porro, annum incipientibus, *WORMIUS* in *fast. Dan. Libr. 1. cap. 12.* donec tandem *Julii Cæsaris* epocha Romana, in *Calendis Januarii* annorum ex-

Instituti rationi quamobrem etiam satisfactum esse reor, si modo in expositione ipsius vocis *Mædrenech*, ejusdemque originatione, quippe quæ alterum tertiumve *Beda* momentum constituunt, operam ego fixerim. Hanc Anglorum (e) *Mædrenech* dialecto tantummodo a Nostratum *Wurtienacht* differre, supra jam indigitatum est. Sed quemadmodum sub hac locutione intelligendam voluerunt Angli *noctem* singulis annis *initialem*, sive, quod tantumdem valet, *ipsum novi anni principium*: ita

ordia constituens, fuit recepta. Ceterum nosse hæc omnia proderit & juvabit ad conciliandas, quæ circa unam eandemque rem crebræ sunt annorum diversitates autorumque dissensionem, HALTAUS in *Calend. Germ. medii ævi* p. 31. quippe eujus rei uno plura luculentissima dantur documenta. Et quo ex tot aliis unum atque alterum in medium hic proferam, nemo mirabitur, quod dies *trium Regum*, qui *sextus* est hodierni novi anni, in totius fere Germania diplomatibus olim dictus fuerit *der zwelfften Daeg*, *der hillige tag tho zwolfften*, *der zwelfte Tag unsers H. Eren*, non raro etiam *der darriende*, *drutreyen*, i. e. *dreyzehende Tag*. Item, quod *duodecim* illi primi annorum dies, *JULIENREDE* vulgo dicti, quibus jam *Beda* ævo, teste eodem in *tom. I. Oper.* subtit. *Prognostica temporum*, de 12. totius anni mensum serenitate & temperie conjecturæ colligerunt agricola, atque etiamnum colligunt, nunc eodem *Magorum festo* terminentur, imo etiam famosissimum istud proverbium: *Es ist in den Zwölften, man darff das Unthier nicht nennen*, huic ipsi termino se se adstringat.

- (e) Non solis Anglis hanc vocem familiarem fuisse, sed pluribus Germania populis communem, supra jam laudati Autores solide evicerunt, e quibus præcipue *WORMIUS* commendandus cit. *Cap. 12.* Qui præterea harum rerum curiosi sunt, hos ad ejusdem *Cap. XIV.* quod de mensum nominibus inscriptum est, remitto; siquidem ibidem præseas mensum appellationes, simulque interpretationes nominum *GUILI*, *SOLMONATH*, *RHEDM*,



ita propius nunc investiganda restat denominationis causa. Petiit eandem Beda à ceremoniarum solennibus, quæ, media hieme peracta, tot loquuntur rerum vetustiarum tabulæ. Namque Solem Germani veteres magna religione coluerunt, uti semper, ita præcipue tempore *solsitiorum*. Siquidem enim, *solsitio hiberno* existente, annum circuitum absolvisse, novumque, ad instar rotæ, moliri Sol credebatur: ita, ut recens susceptum iter in communem salutem vergeret, *anniversaria* offerrebant sacrificia, eaque maxime solennia, *Sunno-bloc*, item *Med-Winter-Bloch*, antiquitus dicta. Ipsum festum *Juliorum* (d) nomen inditum habebat, quod epulis, potatione, concentu Musico, saltationibus, ludis, & omnibus delectationum generibus genialiter, per noctes diesque transigebant. Enim vero addidit idem Beda ibidem, MATRES hanc noctem celebrasse pervigiliis

RHEDM. EOSTURM. TRIMILCHI, LIDA, WEIDM. HAL-  
LEGM. WYNTYRFYLLITH & BLOTHM. item nominum  
GLUGGEMANET BLIDEM. TORM. FAREM. SKERSOM-  
MER &c. haut in jucundas invenire licet. Quas deinde Ca-  
rolus M, Germanis præscripserit mensium nominationes, docet  
EGINHARDUS in ejus vita. Speciatim *Februarius* ab eo di-  
ctus est *Zornung*, quod nomen neque cum Dn. HALTAUS.  
a calu *cornuum cervinorum*, neque cum AVENTINO ab *Zoo-  
ren*, *ophoren*, *desinere*, quoniam illo mense frigus remissum  
desinere incipit, neque cum LEBNITIO a *Kerunno* DEO  
derivandum credo, sed potius vigore eorum, quæ KEYSLE-  
RUS de Comporationibus majorum nostrorum sacris, in *Anti-  
quitat. Septentr. p. 366. seqq.* plenius pertractavit, per *cornua,  
poculorum genus*, interpretor.

(d) Utrum a voce *Hiuil* s. *rota*, ob conversionem solis, an a *Jo-  
iâ*, s. *Fala*, hilarem se præbere, imò vero a *Julio* *Cæsare* nomen  
acceperit hoc festum, jam non disputo. Omnium in hac re mihi  
fecit *Jl. Dn. a NETTELBLADT*, *Camer. Imper. qua Wetz-  
laria est, Assess. longe graviss. in Programm. perversuto de beliola-  
ria Veterum, cui jungendi die Sæsselabends. Samml. S. 12  
not. 47 sequ.*



liis suis, indeque *Mædrenech* per *MATVRM noctem* expressius explicat. Et forte non ex alia ratione *matribus* præ viris primas hinc delatas esse statueres, quam quod iste sexus, aniculæ præsertim, ad omnem superstitiosam religionem longe pronior est, atque pervicaciori animo superstitionibus quibuscunque inhæret. Sed, si dicendum quod res est, procul dubio hac *matrum* nominatione ad *matres familias*, *MATRAS*, fatidicas sacerdotes, sacras mulieres, *Mairas*, fœminas *Druidas*, & *Halirunas* istas alludere voluit, quæ in universa Celtarum terra frequentes, feriarum, maximam quidem partem, industriam habebant curam (e), nec ergo in celebrandis his *brumalibus sacris*, muniis deesse potuerunt. Et his ita se se habentibus, facile nunc colligitur, genuinum excerpti *Bediani* sensum eò redire, quod nox novi anni prima, matribus festiva, ex hac ipsa *matrum* festinatione

(e) E re non est, ut hinc longus sim in deducendis iis, quæ statum, officium, ministeria, virtutes, nominum causas, imo creditarum matrum divinitatem absolvent. Campum quoque dicendorum jam emensus est *Dn. KEYSLER* in diss. de mulieribus fatidicis, speciatim de matribus & matronis, *mair*, *Druidibus fœminis*, *Volis*, *Genis*, *Alvranis*, *Velleda*, *Aurinia*, *Ganna*, *Jetha*, quem evoluisse non penitebit. Sigillatim varias superstitionum reliquias ex suis incunabulis derivavit, atque veras earundem detexit origines. Et præ ceteris jucunda sunt, quæ de proprio vocis *Here* sensu, item de voce *Zetberger* i. e. *incantatore viro*, porro *den Ulrüneken*, *der weissen Frau*, tum etiam de anilibus nugis *der Nacht-Mer*, *des Drudruekens*, *des Vieh. Böthens* &c. ex Germanorum gentilium Theologia ingeniosissime evoluit. Quod reliquum est, quos laudatiff. *Dn. NETTELBLADT* in *progr. cit.* peragendis sacrificiis operantes, *Bloth matrurum* nomine insignitos reculit, hos eas ipsas matres esse, ad quas *Beda* hic respexit, ego credidissem, nisi in genere Masculino de iisdem scripserit *Autor Illustris*. Forte itaque vocis originationem quaerendam putavit in verbo *Madden* i. e. sensu à vermiculis, *Maden*, translato, *durch wägen, durchwählen, in Stücken schneiden*.

atione, Mædrinoctii nomine veniat, eaqve propter, Mædrenech dixisse, perinde profus sit, quasi noctem ineuntis anni dixisses, five annorum inchoationem. Neque scrupulum movere potest NOCTIS vocabulum in Mædrenech adhibitum, juxta modicum loquendi usum in Mædre-Cag transformandum. Qui enim non plane hospes est antiquitatum Germanicarum, vel me tacente cognitum habebit, a vespera ad vesperam, & annos, & menses & septimanas & denique dies. veteres computasse Celtas (f). Et sic, Cives O. O. Honoratissimi, parum abest, quin hic subsistam, haut opus fore ratus, ut Mædrenox nostra dilucidius insuper illustretur. Nihil tamen minus dissimulandum non est, superesse adhuc aliquid, quod silentio non est prætereundum. Nempe Mædrenox, quam Beda matrum NOCTEM vertit, ab aliis MATER noctium latine redditur. Clare hoc videre licet tum apud STRAVCHIVM in *diff. de Comput. Germ.* §. 20. ubi ait, quod diem solstitii hiberni olim vocarint matrem noctium, tum in *Jos. Scaligeri, libr. II. de emend. temp.* p. 170. ita scribentis: *Eam noctem Modraneæ, vocabant, quasi dixerit vox: μητέρα, & præcipue apud Leibnit. I. I. Rev. Brunsv. p. 29, ubi Bedam notans, his utitur verbis: malim matrem noctium antiquis Saxonibus dictam longissimam (g) noctem.* In disquisitionem quapropter haut immerito adhuc venit, utra translatio prætet? Et MATREM

(f) Conf. hic omnino GUNDLING, in *protis Digest. tit. de fer. & dilat. p. 204.* item in *Gundlingian. P. XXVI. Obs. I.* Et unicum tantummodo addo, Nempe, quod citationum formula in hoc Ducatu solita, *des Morgende, wenn Abends vorher du dich gesiemend gemeldet hast, auf, erscheineß,* ex hac computandi ratione, emerferit olim, & hodiernum perduret. De nocte enim ad noctem olim citationes peragebantur, & citatus noctu adesse debebat, ut statim ortu sole ac bene mane compareret in mallo. *Ant. Mathai de Prob. Cap. VII. p. 448.*

(g) Addit ibidem: *neque enim ipse natalis Domini ab ipsis respiciuntur, sed vicinum ei solstitium hibernum, natura indice.* At enim

*TREM* noctium præferendam esse arbitror *matrum NOCTI*. Hac præfertim suffultus ratione, quod prior interpretatio omnibus festis conveniat, non æque posterior. Accedit, quod hæc posterior cum festo brumali optime congruat, & peculiariter. Uti enim, *Martinio* teste in *Lex. Philol.* matris vocabulum metaphorice ad arbores & res inanimatas quascunque transfertur, imo generalissimo significato omne id includit, ex quo efficitur aliquid, consequenter etiam, ut quoque de nocte prædicetur, nil quicquam obstat: ita illam ipsam noctem, quæ redeuntem a bruma solem, eoque ipso novi anni exordium secum vehit, quæ inde etiam novi anni reliquarumve ejusdem noctium omnium parens credita fuit, subsequentiæ *ν. x. Inuepov* principem & primam noctem, indeque Noctium *MATREM*, jure meritoque appellarunt. Quicquid interea tamen hujus rei sit, pagina angustia ad *primarium* hujus Programmatiss scopum memet nunc revocat. Sit itaque animus in nocte illa sacra, quæ miraculo *MATRIS VIRGINIS* illustris est, quæ ipsa mater est letissimorum dierum, annorum & temporum, imo beatitudinis sempiternæ. Hanc nos veneremur noctem, hanc celebremus. Parum huc nostra quidem amplius refert, an gentile *modri-noctium* a *Cæremonii* nomen gerat, an matrem noctium involvat. Verum utraque tamen denominationis causa officiorum commonefacit, quorum in celebranda *Christiana* nostra *Modri*-noctē indefinenter memores nos esse oportet. *Cæremoniarum* nomine religio omnis comprehenditur & cultus. Procul itaque esse jubet natalitium hoc festum *cæremonias* quascunque *impias* atque *(b) superstitiones*.

nim vero, nec *Bedam* in nostro excerpto ad *Natalem Domini* ea mente respexisse, ut à matrum *Christianarum* *Vigiliis* nomen deducere voluerit, firmiter persuasum mihi habeo. Contrarium etenim, & ex adverbis *nunc, tunc*, & epithero illo *gentili*, nec minus etiam ex egregia *Viri* eruditione, ejusmodi *achronismum* respuente, satis constat.

(b) Totus est in enumerandis superstitionibus hoc natali tempore frequentatis & hodiernum frequentibus, *Dr. WALTHER*

fas. Procul quoque profana ista matrum hilaria, omnesque idololatricas *Blohmadrorum* curas. Sed ex adverso *sanctissimum* exigit cultum, devotissimum pectus, reverentiam, preces & gratias. Et O *SANCTA NOX*, quæ simul *mater* es, *fons* atque *scaturigo* omnium noctium auspiciarum, quæ unquam tui, *maternorumque tuorum beneficiorum recordationem* ex animo amittere vellemus, possemus! Incomparabile & vere divinum nobis dedisti munus. Venuste *Martinus l. c.* scribit, *passover est quarere. Mater querit, (i) & quaritur solcite.* Quam optime hæc ad sacram nostram *Matrem-Noctem* accommodantur. *QVÆRIT* dulcissimus in ea natus *JESUS mortale genus omne*, ut, quos divinæ Majestatis temeratores, primorum parentum scelus æternis suppliciiis dignum, cælo proscriperat, ipse gratiæ publicæ seqvestet, irato patri reconciliaret, cæloque restitueret. *QVÆRITUR* eadem etiam solcite & quærenda est sollicitissime. Quis miser avide non quærit consolationem, doloris levamentum? Et hæc illa salutifera nox est, quæ non consolationem solum præbet, sed simul etiam ad salutem reducit. Plenissime hæc nox nobis præstat, quæ æternus Pater pro sua misericordia apud *Isaiam* promisit *Cap. LXVI, 13.* *Ich wil eu bröffen, wse einen seine Mutter iröffer.* O igitur, hanc quæramus

in der Nachricht von der alten Deutschen Mædronoch, als einem Ursprung vielerley Aberglaubens unter den Christen zur Zeit des heil. Christ. Festes, quem huc transcripsisse non placet,

- (i) Quis enim nescit scorgem matrum erga sobolem? Præcipue matrum *Germanarum*, de quibus, brevioribus quidem verbis, sed latissimo eorundem ambitu *TACITUS Cap. XX.* de *M. G. sua quemque mater uberibus alit, nec ancillis aut nutricibus delegantur*, prædicavit. Secus quidem erat apud Romanos. Et inde rationem habes, quare linguam patriam Latini *vernaculam* dixerint, tanquam linguam a *vernis* edoctam: Germani e contrario *maternaculam*, die *Muttersprache*, tanquam a matre cum ipso lacte in stillatam. *Germania* enim vetus a *matribus* loqui didicit, non a *servis* aut *ancillis*.

ramus noctem ! Quæramus ipsum fontem omnis consolationis, SALVATOREM NOSTRUM JESUM CHRISTVM, qui in hac sancta nocte PRO NOBIS natus, PRO NOBIS homo est factus. Quæramus eum & quidem pietate in fucata, & purissimo cordis affectu. Hoc Vos hortor : Hoc oro rogitoque Ad hoc *Isaias* quoque Vos excitat, exclamans : **Suchet den Herrn, weil er zu finden ist : ruffet ihn an, weil er nahe ist.** Cap. LV. 6. Neque ille, qui ab æterno vos amavit, imploratus obturabit aures, *quæsitus* accessum denegabit. Imo magis obviam vobis ibit preces vestras exaudiens, quemadmodum gratiosissime pollicitus est. Ihr werdet mich suchen und finden. Denn so ihr mich von ganzem Herzen suchen werdet, so will ich mich von euch finden lassen. *Jerem. XXIX. 13.* O itaque mei ! Bittet, so wird euch gegeben : suchet so werdet ihr finden : klopfet an, so wird euch aufgethan. *Matth. VII. 7.*

P. P. ROSTOCHII, SVB SIGILLO ACADEMIÆ,  
FERIA I. NATALIVM DOMINI,  
ANNO MDCCXLVI.



Nr 859. 8v

ULB Halle 3  
006 301 851




vD 98

nc









Ha 7442  
3

PROGRAMMA,  
qvo  
RECTOR ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
IOHANNES PETRVS Schmidt,  
VTR. IVR. DOCT. ET COD. PROF. PVBL. ORD.  
DE  
**Svedrenech,**  
EX  
BEDA DE TEMPOR. RAT. CAP. XIII.  
BRÉVIBVS DISSERENS,  
AD  
DEVOTAM NATALIVM SALVATORIS NOSTRI  
CELEBRATIONEM,  
PRO OFFICII RATIONE  
OMNES REIPL. LITERARIÆ CIVES  
AMANTER INVITAT AC HORTATVR.

---

*BEDA in Prognost. tempor.*

Si Calendæ Januarii incidant in diem Solis, hyems  
tranquilla erit, ver procellosum, æstas sicca, vindemia  
larga, boves crescent, mel abundabit, vetulæ morientur,  
abundantia & pax erit.

---

ROSTOCHII,  
IOHANNIS IACOBI ADLERI, SEREN. PRINCIP. & ACADEM.  
TYPOGRAPHY.

